

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia**

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam  
Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In  
Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo  
Continentvr Et Explicantvr ...

**Tomás <de Jesus>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1684**

Capvt XLII. Veteris Testamenti Carmelitæ orant Deum, ut mittat at  
Salvatorem significatum in pluvia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38601**

\*Verten-  
dum fue-  
rat viri  
ut est in  
Sepva-  
gina,  
ad pos,  
† Decas  
7. incipit  
à Melchi:  
cujus &  
genera-  
tionem  
hic ponit  
“Matthas.  
\* Id est à  
Sem filio  
Næ.  
Beata  
Dei ge-  
nitrix se-  
pè vifa  
ab ere-  
mitis  
montis  
Carmeli.  
Alias cap  
xxxiv.

In septima autem revisionis vice nubecula eis apparuit: quia in tempore comprehenso intra septimam illarum generationum decadem, B. MARIA nata, & vifa à discipulis ELIAE fuit. In septima, inquit, vice, Ecce nubecula parva, quasi vestigium homini ascendebat de mari. Prædictus namque Jamne, in quo sexa illarum generationum decas termina ut, genuit filium nomine Melchi, à quo incipit harum generationum decas septima. Hic ergo Melchigenitus Levi, & iste Levi duos habuit sibi os, unum qui à B. Luca vocatur Marthas, sed ab aliis dicitur Melchi, nomen avi sui retinens; & alium qui vocatus fuit Pan hera. Iste vero Pan hera genuit filium nomine Barpanthehim, qui ex Anna uxore sua genuit B. MARIAM. Et ita in septima revisionis vice, hoc est, in illa generationum decade, quæ fuit septima, \* ab illa in qua homines per DEI præceptum reverti fuerunt post diluvium ad multiplicandum genus huminum, nata fuit beata MARIA, in medio feliciter illius decadis septimæ: quæ etiam fuit defuncta antequam prædicta generationum decas septima esset terminata. Sed priusquam beata DEI Genitrix ab hoc sæculo migraret, fuit in Nazareth, & in Hierusalem, & alibi multoties à Professoribus hujus Religionis vifa.

## CAPVT XLI.

Significata eadem visione beatæ DEI paræ Virginitas.

**Q**uemadmodum autem haec nubecula scilicet beatæ MARIA, in septima generationum prædictarum decade fuit nata; ita etiam in eadem septima decade fuit à discipulis ELIAE vifa in Carmelum spiritualiter ascendere. Nam antequam decem generationes descendissent à Melchi, à quo, scilicet dictum est, decas septima incipit, fuerunt docti professores hujus Religionis, in Hierosolyma, à \*ummo templi Pontifice, quod beata MARIA virginitatem DEO servare proposuerat ad exemplum ELIAE, sicut præostensum fuit in prædicta visione: In septima, inquit, vice, recubacula parva, scilicet beata MARIA, quasi vestigium homini ascendebat in Carmelum: quæ ideo vifa fuit quasi vestigium homini ascendere in Carmelum, quia in hoc suo spirituali ascensu non feminam quam imitaretur, sed hominem habuit in exemplum.

\* Convenit cum libello de ortu B.  
MARIA apud Hieronymum, Anè quidem quā illa nubecula ascenderet in Carmelum, ascenderant utique ELIAS & puer suus ad montem illum: Ascendit, inquit, “ELIAS in montem Carmelum. Interpreta autem Carmelus, scientia circumcisionis, ad quam scientiam ille præcipue ascendit, quia ita scit præputium impudicitiam à sua carne & mente circumcidere, ut non soluna se ab illicito carnalis contagione ceno alienum per castitatem reddat; verum etiā ab omni impudicitate voluntatis experimento se immunem per virginitatem DEO custodiat. Propterea quippe data fuit circumcisione in veteri lege, ut facta in virili membro, in quo libido solet dominari, castitatem mentis & corporis Deo servandam, & impudicitiam rescidendam indicaret.

ELIAS, & Fili Propheta- rum per virginitatem Nemo autem unquam ad hanc ascendit circumcisionis scientiam prius quam ELIAS, & puer suus, id est, cœtus Filiorum prophetarum, discipulorum ejus: ipsi namque primi virorum seipso DEO per virginitatem perpetuam sponte dedicantes, castraverunt prout ab omnibus veneris

voluptatibus mentes suas: & propterea appellat perh. Carmelite, quod est interpretatum, scientes tum circumcisionem: quia hoc quod circumcisione indicat quam sciverunt perfectè in se adimplere. Cupientes enim omnium carnis & mentis impudicitiam à se omnino re. se Deo scindere, elegerunt primi virorum in virginitate Con- perpetua DEO sponte vivere.

Primo ergo ascenderunt vete ipsi in montem Carmeli, id est, in altitudinem scientis circumcisionis: quia altius ceteris præcedentibus hominibus inchoantes sciverunt præputium impudicitiam penitus à se circumcidere, quod elegerint primi hominum proprie DEUM virgines permanere.

Ad hunc quoque Carmelum, id est, ad hanc altam circumcisionis scientiam, nubecula illa, scilicet beata MARIA, id est, quasi vestigium homini ascendebat, quia non femina, sed homo, id est, ELIAS exemplum ascendi ei præbebat, quem ipsa imitari saegebat.

Nam scit ELIAS prius præputium impudicitiae scivi: à sua carne & mente prout circumcisione: dum primus inter homines studiis DEO virginitatem perpetuam sponte inchoatus ita potest beata DEI genitrix præputium impudicitiae scivit exemplo ELIAE à se penitus circumcidere, dum quasi vestigium hominis illius elegit prima feminarum proprie DEUM in virginitate perpetua vivere. Hinc ejus sponsus in epiphalacio sibi gratulabundus: Caput tuum, ut CARMELUS, ubi per caput recte intelligitur mens anima: quia scit in corporis membris caput præeminebitur in viribus animarum mens est dignior: & sicut à capite membra, ita à mente ceteræ vites animarum reguntur. Carmelus verò, cognoscens circumcisionem, inter- Ety- pretatur. Recte igitur sponsus huius Virginicon- logi- gratulans ait, Caput tuum, id est, mentis tua, o DEI Carmelitæ, est ut CARMELUS, id est, verè cognoscens circumcisionem: quia prima feminatum per spontaneam virginitatem scivisti à te prout circumcidere omnem venerans volupatem.

## CAPVT XLII.

Veteris Testamenti Carmelitæ orant Deum, ut mittat Salvatorem significatum in pluvia.

**T**andem demonstratum fuit discipulis ELIAE in eadem visione, quo Ordine nascetur DEI Filius de hac Virgine. Nam mox ut puer 3 Reg. 18. ELIAE, scilicet cœtus discipulorum ejus, vidit nubeculam illam de mari quasi vestigium hominis in Carmelum ascendere, dixit ELIAS pueri suo: Ascende & die Achab juge currum tuum, & descendere occupet te pluvia. Signum quippe expressum imminentis incarnationis Filii DEI fuit, quod puer, scilicet cœtus discipulorum ELIAE, vidit nubeculam, id est, infantulam illam quasi vestigium hominis ascendere per modum prædictum in Carmelum, hoc est, ad tantam circumcisionis scientiam, ut servare vellet virginalem continentiam. \* Virgo. Unde cum cœtus Professorum hujus Religionis natus audisset in Hierosolyma, cœtus virginalem illam vovisse facta per DEO virginalem continentiam, confessim per- venuit quod adventus filij DEI proprie, & in ja- vouis era. Et quemadmodum ELIAS præcepit, signum ita ascendit iunc cœtus discipulorum ejus per fuit ap- orationem ad Achab, qui f. fraternitas paternitatis propri- interpretatur, significat enim DEI Filius, in ea quanta- quem & genus humanum, antequam ipse inca- Dei ad- nectus venus,

*Joan. 12.* naretur erat fraternitas tantum paternitatis: quia à quo Patre Filius & eterniter genitus, ab eodem patre fuit creatum genus humanum: hinc D E I Filius non confunditur patrem suum appellare ceteram patrem eorum, dicens: *Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum.*

*Sed quia inter genus humanum & DEI filium,* *antequam ipse incarnaretur non erat fraternitas maternitatis: quoniam DEI filius nondum erat ex matre natus. Ideo optans corus discipulorum ELIAE, ut hæc fraternitas inter eos fieret, ascendit per orationem ad Achab, id est, ad DEI filium. Et sicut ELIAS præcepérat, ita suppliciter DEI filio dicebat: *Iunge currum tuum.* Curtus quidem à currendo est dictus: est enim vehiculum circularis figura, & habilius ad portandum onus. Significat autem divinam filij DEI naturam, quæ est circularis, id est, eterna, carens, instar rotarum carri, principio & fine, per quam divinam naturam ipse exultavit ut gigas ad currendam viam: pertans, ut Apostolus sait, omnia verbo virtutis sua.*

*Dicebat ergo suppliciter tunc illi puer, id est, ceteros discipulorum ELIAE, *Iunge nostræ scilicet naturæ, currum tuum, id est, æternam naturam tuâ, & descendere ad nos: ne te occupet, id est, retardet, sed magis provocet pluvia: scilicet quod descendes* *Psal. 71.* *sicut pluvia. Decet enim resicut pluvia in vellus descendere. Quoniam vellus pluviam in ipsum sine strepitu descendente accipiendo vel reddendo non rumpitur, sed integrum servatur. Ita quoque debet taliter absque strepitu operationi humanae in nubeculam, id est, Virginem MARIAM placido illa puerum descendere, & currum tuum, id est, æternam naturam tuam humanæ naturæ in utero Virginis iungere: ut Virgo te DEUM simul & hominem concepido, deinde partiendo, non rumpatur, sed integra in sua virginitate conserveretur.**

*Fuerunt autem exaudiiti ELIAE discipuli in hac supplici eorum deprecatione, sicut sequitur in predicta visione. Camque inquit, \**Si revertet hic, rei, refert scilicet ad contemplandam in adolescentia spontaneam virginitatem, atque illuc scilicet ad deprendam pro descensu filii Dei summam Deitatem;* *Eccœ cali contenebrati sunt, & ventus, & nubes: & facta est pluvia grandis. Per calos honor, virtus, & celi- tudo filij DEI intelligitur, cujus adventum præstocipulorum lans Propheta dicebat: *Dominus inclina calos tuos & S. Eliae.** *descende. Per nubem Virgo MARIA, sicut dictum Psal. 143:* est, designatur. Per ventum vero Spiritus sanctus indicatur, quemadmodum per Prophetam dicitur, *Flabit Spiritus ejus, & fluent aquæ. Ideo cali, & nubes, & ventus fuerunt tunc contenebrati, quando virtus alissimi obumbravit eum: ideoque & quod natum est ex ea sanctum, vocabitur Filius Dei.* Et tunc facta est pluvia gratia grandis: quoniam Verbum caro factum est, & habitavit in nobis, & vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti à Patre, plenum gratia, & veritatis. De cuius plenitudine nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia, ut ait Joannes Evangelista.*

## C A P V T XLIII.

Aliascap  
xxxvi.

Causæ, ob quas Carmelitæ dicti sint,  
*Fratres B. Virginis MARIÆ: & de oratione ab eis in monte Carmeli in laudem eiusdem Deiparae Virginis crebro.*

*R*ecensentes ergo Religionis hujus professores, DEUM prædecessoribus eorum per visionem prædictam specialiter revelasse, infantulam quandam nascituram, quæ ex utero matris sua mundam ab omni peccati forde egredetur, & instar eorum, sponteac virginitatem amplexatur, de qua virgine DEUS Homo nasceretur: contemplantes etiam ipsi, & genus humanum per hanc Virginem accepisse à DEI Filio desideratum ab eis pluvia (id est gratia divina) beneficium; curverunt cum devotione assidue defervire huic virgini, diadum eorum prædecessoribus revelata, & desiderata, & postea eis exhibita. Et studuerunt specialiter virginem idei sibi ipsis in paternam eligere, quia noverunt ipsam solam singulariter eis conformem in primitijs virginitatis spontaneæ. Quemadmodum enim virginitas spontanea fuit primum per priscos professores hujus Religionis inchoata, & in viis introducta: ita eadem virginitas fuit postmodum per DEI genitricem primum in feminis introducta, & incepta, sicut supra commemoravimus. Proprius quod, sicut Religiosi Carmelitæ sunt primicerij vitorum vi: gnum: Ita B. MARIA est feminatum virginum votum primiceria.

*Quæ conformitas primitiarum spontaneæ virginitatis, singulariter inter DEI genitricem & religiosos Carmelitæ dudum propheta, & postea adimpleta, fuit causa, quod Religiosi Carmelitæ Virginem MARIAM jam tempore Apostolorum dicebant sororem suam, & proprius dictam conformitatem, seipso Frates beatae MARIÆ Virginis appellabant.*

Non arbitror autem, quod negare velis, quin, eadem Religione salvæ, professores ejus, ex causis Unus & diversis possint in temporibus discretis designati idem Ordo varijs titulis: alioquin in illum incidere errorem, do appello quod Religio Christiana non esse eadem in noctis latibus, quæ fuit in Apostolis, & Christi discipulis. *versis* Quoniam Christianæ Religionis professores in nominis exordio predicationis Chilli, & Apostolorum, bus, non eodem designabantur cognomine, quo nanc Proba designantur. Testante namque beato Luca, cum tur hoc Christianitatis professores prius dicerentur *Disci- puli*, postmodum vero Antiochiae primò cognominati sunt *Christiani*. Nunquid autem quia prius Dei, alio, quā nunc cognominabantur titulo, dices *A. u. alias fuisse in eis Religionem Christianitatis, Loqui quā sit nobis? Absit. Nec ergo debes absurdum reputare, monachos nunc montem Carmelitæ inhabitantes ejusdem non esse Religionis cum suo.* illis, qui in dicto monte conversabantur ante in- carnationem Salvatoris; licet illi *Propheta, & Filii Carmeli*: *Prophetarum dicerentur; & isti Fratres Beata M. A. Eremitæ cognominarentur.* Tunc enim, ut diximas, tunc Fratres ipsi vocabantur *Propheta*, quando cum instru- mentis musicis & Canticis, & Psalmis DEO psal- lebant. Adveniente autem nova lege, ritus psallen- di DEO cum illis instrumentis musicis cessavit, & perlati.

pp fuit